CONSPECTVS GRAMMATICVS CAP. XXVI

PARĀTUS AD PUGNAM / AD PUGNANDUM (gerundium)

- NŌMINĀTĪVUS
Quid necesse est hominī? *Spīrāre necesse est hominī.* (cap. X, v. 58)
Quid mihi licet? *Licetne mihi venīre?* (cap. XVI, vv. 82-83)

- AD + ACCŪSĀTĪVUS
Ad quid parātus es?
*parātus **ad** pugnam = parātus **ad** pugnandum*
*parātus **ad** nārrātiōnem = **ad** nārrandum*
et similī modō: ***ad** vīv|end|um, **ad** audi|end|um*

- GENETĪVUS
Cuius reī cōnsilium est? *cōnsilium fugiendī* (v. 55, = *cōnsilium fugae*)
haud difficilis est ars volandī (v. 72)
tempus dormiendī est (vv. 121-122, = *tempus est dormīre*)
cupidus et *studiōsus: cupidus audiendī, studiōsus volandī* (vv. 17, 43)
nōn sōlum dēlectandī, sed etiam monendī causā nārrātur fābula (v. 135-134)

- ABLĀTĪVUS
- cum praepositiōne: *audāx **in** volandō* (v. 80), *liber **dē** amandō* (v. 154)
- sine praepositiōne (*quōmodo? quā rē? quā dē causā?*): *puerī scrībere discunt scrībendō, fessus sum ambulandō* (v. 24)

NŌMINA ADIECTĪVA -ER
niger -gr|a -gr|um (sine *-e-*)
miser -er|a -er|um
līber -er|a -er|um
celer -er|is -er|e
ācer ācr|is ācr|e (sine *-e-*)
*vir/fēmina/cōnsilium **prūdēns***
*vir/fēmina/cōnsilium **audāx***

- ER gradus superlātīvus*: -errim|us,* e.g. *celerrimus.*

NŌTĀ BENE:
- super. < compar. < positīvus gradus
summus < superior -ius < super(us) -er|a -er|um
īnfimus < īnferior -ius < īnfer(us) -er|a -er|um

NEQUE ŪLLUS…

neque ūllus -a -um: Nēmō deōrum pēior est marītus quam Iuppiter, ***neque ūlla*** *dea pēior est uxor quam Venus* (cap. XIV, v. 14).

neque umquam: Computāre nūllō modō potest, ***neque umquam*** *rēctē respondet* (cap. XXIII, v. 26).

neque quisquam: Ipsī per nōs hinc effugere nōn possumus, ***neque quisquam*** *nōs in fugiendō iuvāre poterit* (v. 26).

neque quidquam: Sed nunc nec īnfantēs cūrāre ***nec quidquam*** *aliud agere potest, quia aegrōtat.* (cap. 27, v. 106)

ESTŌ! ESTŌTE! = ES! ESTE! (imperātīvus futūrī temporis)

Cautus es|tō, mī fīlī! (v. 81)

Cautī es|tōte, amīcī!

ĪNSULAE PARVAE TIBI VIDENTUR (vidērī + nom. + inf.)

- dē oculīs:

Mārcus nōn ***videt*** *Quīntum* (cap. III, v. 11, = *Quīntus ā Mārcō nōn vidētur*)

Mēdus prope Rōmam est; iam mūrī Romānī ab eō ***videntur*** (cap. VI, vv. 74-75, = *iam mūrōs Romānōs videt*)

- dē animō:

Nōnne tibi satis fuit vestem tuam novam perdere? (cap. XXIII, vv. 72-72)

Licetne *mihi* venīre? (cap. XVI, vv. 82-83). Est *mihi* nōmen...

Haec epistula est *mihi* difficilis lectū.

Īnsulae haud parvae sunt, quamquam parvae esse ***videntur*** (vv. 92-94)

Mēlos īnsula… nōn tam parva est quam tibi ***vidētur*** (vv. 94-95, = *quam tū putās*)

Puer in somnīs sibi ***vidētur****… volāre* (vv. 143-145, = *sē volāre putat*)

DĒLECTANDĪ / MONENDĪ CAUSĀ

Causa nārrandī	Quō modō?	Fīnis nārrandī: volō...
dēlectāre et monēre volō dēlectātūrus et monitūrus sum	nārrandō	dēlectāre et monēre

Nārrō tibi fābulam, quia tē nōn modo dēlectāre, sed etiam monēre volō.

Nōn sōlum dēlectandī, sed etiam monendī causā nārrō tibi fābulam (vv. 133-135).

Daedalus ālās cōnfēcit, quia fugere volēbat.

Daedalus ālās cōnfēcit fugiendī causā / ad fugiendum / ad fugam.

	pecūniam postulātum.
Tabellārius venit	ad pecūniam postulandum.
	pecūniam postulandī causā.
	pecūniam postulātūrus. (cum verbīs *eundī*)
	quia pecūniam postulāre vult.